

Joachim Stockmann

**Rector Academiae Rostochiensis, Joachimus Stockman, Philos. & Med. Doct.  
Physices Professor, ad Exequias quas filiolae ... Sophiae, Vir ... Dn. M. Cunradus  
Huswedelius, Ecclesiastes Georgianus, una cum coniuge sua moestissima  
paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1633

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771563175>

Druck    Freier  Zugang



Stockman, J.,

in S. Huswedel.

Rost. 1633.

28.







RECTOR  
Academie Rostochiensis,  
**JOACHIMUS STOCKMAN,**  
Philos. & Med. Doct. Physices  
Professor.

*ad*  
Exequias

*quas*

**FILIOLOÆ SUÆ MELLITISSIMÆ**  
**SOPHIAE,**

*Vir Reverendus, Humanissimus & Doctissimus,*  
**DN. M. CUNRADUS**

**HUSWEDELIUS,**  
Ecclesiastes Georgianus, unâ cum  
conjuge suâ mœstissima para-  
tas cupit,

Omnes omnium ordinum  
demicos peramanter invitati



**ROSTOCHI**

**Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.**  
**ANNO M. DC. XXXIII.**



RECTOR  
Academie Rostochiensis,  
**JOACHIMUS STOCKMAN,**  
Philos. & Med. D. Physices  
Professor.



Gricolæ, siquidem  
cum terra rationē ha-  
bent, quæ nunquam re-  
cusat Imperium, nec  
unquā sine usura red-  
dit, quod accepit: sed aliàs minore,  
plerumq; majore cum fœnore; quod  
si videant, illam sparsa semina, gremio  
mollito & subacto quę excepit, postquā  
occata, non solum cohibere: verum et-  
jam complexu suo diffundere, & her-  
bescenṭe inde elicere viriditatem, quæ  
suis nixa fibris sensim adolescat, cul-  
moq;

moq; erecta geniculato vaginis felici-  
ter emergat, & optatissimam illam fru-  
gem fundat, spica si non cōtra quasvis  
injurias & potentiores rapinas, contra  
avium tamen morsus munitam, vallo a-  
ristarum. Fieri non potest, quin, quo-  
ties & suam hanc, & communem simul  
anni spē ita gradatim per nova indies  
incrementa ad desideratissimam ma-  
turitatem assurgere contemplantur,  
toties sibi de tanta felicitate gratulen-  
tur, &, quæcunq; secum fert sperata  
messis commoda suæ domui cum ma-  
gno animiprolubio promittant. Re-  
linquam agricolis quæ illorum sunt,  
emollitum & subactum agrum, sparsa  
semina, conceptam spem, speratam  
messem; neq; huc in comparationem,  
qnod non commode minus quam fa-  
cile possem, nostræ generationis nego-  
tium ex secrētioribus Naturæ scrinijs  
accer-

accersam; de generatrice facultate, &  
quintuplici generationis actu, princi-  
pijs, organis &c. prolixè differens. Te  
compello Dn. M. Husvredeli affinis &  
amicè pl. honorandè, cuius *iμηλης* fuit,  
ne dicam imperfecta ab aliquot annis  
domus, vel etiam in secundæ, & tertiae  
jam perfectionis spem nata prole sta-  
tim orbata; Te, qui anno abhinc tertio,  
filiolum suavissimum CUNRADUM, &  
secundo mellitissimam filiolam AN-  
NAM, utraq; conjugalis amoris pigno-  
ra desideratissima, uno die, hunc 17.  
Maij, illam pridie feriarum Paschatos,  
nasci, renasci, denasci vidisti, & jam i-  
terum similem, proh dolor! sortem in  
tertia sobole experiris, puella dulcis-  
sima SOPHIA, quæ XI. hujus Mensis die,  
hora media nona vespertina hunc  
mundum cum esset ingressa & per ba-  
ptismum regenerata, sequenti statim  
die,

die, nudius quartus circa mediū quin-  
tā iterum egressa est. Dic quæ so  
quod res est, annon cum primo hanc  
exciperes, & tanquam optatissimæ  
messis pulcherrimam partem ulnis  
tuis deportatam, dilectissimæ conjugi,  
molestissimo puerperio defatigatae,  
blando cum risu exhiberes, applau-  
dentibus, cum alijs amicis, tum socrū  
charissima, *Sophia Kellermannia*, Magnifi-  
ci, Amplissimi & Consultissimi Viri,  
*Dn. Joannis Kellermannii* Consulis olim de-  
hac Rep. & Academia præclare meriti  
filia, pie defunctæ nostræ *Sophia* avia ma-  
terna, matrona, cum pietatis, tum alia-  
rū virtutum splendore insigniter con-  
spicua; anno gemino tunc gaudio deli-  
butus, & quod lectissimam tori sociam,  
viri admodum Reverendi, Clarissimi  
& Excellentissimi, *Dn. Luca Backmeisteri*,  
*senioris*, neptem, *Dn. Matthai Backmeisteri*,

A 3

Viri

Viri Clarissimi & Experientissimi,  
Philosophiæ & Medicinæ Doctoris  
celeberrimi, illustrissimi & celsissimi  
principis & Domini Domini Augusti, ducis  
Saxonie, Angariae & Westphaliae. Archiatri,  
& Reipublicæ Luneburgensis physici  
meritissimi filiam, fœminam multis  
præclaris dotibus ornatissimam, suo  
pondere tandem feliciter liberatam  
videres, SOPHIA Mq; tuam, quam frustra  
indies exspectaras, jam manibus & am-  
plexu tuo detineres, Annon exulta-  
sti, quomodo solent tempore messis a-  
gricolæ, & qui maturas ex vite colli-  
gunt uvas? Quid igitur, quid jam  
contrahis frontem, quidni, quos cæpi-  
sti, porro imitari pergis, & cum eos hac  
in parte non possis, neq; si posses velis,  
qui eversis arboribus, quas aut ventus  
radicitus evulsit, aut contortus repen-  
tino impetu turbo perfregit, sobolem

ex

ex illis residuum fovent, Eos velim se-  
quaris, qui fructuum quorumvis, et  
jam rarissimorum jacturam nullius  
aestimant, dummodo quæ similes  
pariat, superstes maneat arbor. Sed  
quæ illa jactura? quod ex amplexu tuo  
filiolam dimisisti, in consortium sua-  
vissimi fratris, suavissimæ sororis. *Ubi*,  
quos hic desiderasset, præter avum  
maternum & proavos jam dictos, etiam  
avum inveniet paternum, Virum Re-  
verendum *Dn.* *Conradum Husvedelium*,  
Beuzenburgensis Ecclesiæ doctorem  
fidelissimum qui cum ante aliquot  
annos, eo transiret dilectissimam  
conjugem, aviam paternam *An-*  
*nam Meineden* / foeminam honestissi-  
mam, Luneburgæ ex primarijs pa-  
rentibus natam invitus hic reliquit vi-  
duam. Cæterum, cum beatissimæ  
animulæ, hodie, hora prima, com-  
muni

muni matri , terræ reddendæ sint  
exuvia nostrum erit cives Academicæ,  
Dn. Professores, Doctores , Magistri  
Ecclesiæ ministri nobiliss. & doctiss.  
Studiosi, in templo mariano ad dictam  
horam convenire, & in solatium mœ-  
stissimorum parentum , & honorem  
tantarum familiarum funeris dedu-  
ctionem frequentare, Intereaq; DEO,  
& vitam & utramq; Remp. ardentibus  
precibus commendare, P. P. sub Si-  
gillo Rectoratus XV. Januarij A N N O  
M. DC. XXXIII.











ex illis residuam fovent, Eos  
quaris, qui fructuum quoru-  
jam rarissimorum jacturam  
æstiment, dummodo qua-  
pariat, superstes maneat arbo-  
qx illa jactura? quod ex ampli-  
filiolam dimisisti, in consortio  
vissimi fratris, suavissimæ sororæ  
quos hic desiderasset, præter  
maternum & proavos jam di-  
avum inveniet paternum, V  
verendum *Dn. Conradum Hu-*  
*Beuzenburgensis Ecclesiæ de-*  
*fidelissimum qui cum ante*  
annos, eo transiret dilectæ  
conjugem, aviam paterna-  
*nam Meineden/ fœminam ha-*  
mam, Luneburgæ ex primis  
rentibus natam invitus hic re-  
duam. Cæterum, cum be-  
animulæ, hodie, hora primæ




Image Engineering Scan Reference Chart T763 Serial No. 032